

SA FILLE, RENONCENT A LEURS PRÉTENTIONS AUX DIMES DE BROSSAY ET DE LA GUYONNIÈRE¹.

Item de decima Brociaci et Widdonarie.

Hugo de Gisoës, post mortem fratris sui Widdonis Pictavensis, et Petrus Roonnart, gener ipsius, Jarrocia quoque, uxor ejus et filia Hugonis de Gisoës, calumpniabant monachis Sancti Albini decimas tam de Brociaco quam de Widdonaria, dicentes Widdonem Pictavensem, minorem scilicet fratrem, non potuisse dare hereditatem Hugonis fratris quidem primogeniti.

Quare Rotbertus abbas et Herbertus de Chingeio, tunc prior Brociaci, cum aliquantibus monachis Sancti Albini ad Mosteriolum accessit, ibique coram Giraldo, Mosteroli domino, presentibus etiam multis vavassoribus suis cum Petro Roonnart, quia Hugo de Gisoës eidem terram suam de Mosteriolo cum filia sua Jarrocia dederat, hujusmodi concordiam composuerunt.

Concessit igitur abbas Rotbertus ei et Jarrocie, uxori sue, beneficium ecclesie, et insuper septem libras dedit Petro in caritate, et viginti solidos Jarrocie, heredi scilicet terre, et ita omnem calumpniam quam fecerant dimiserunt, et Sancto Albino decimas concesserunt.

Videntibus et audientibus istis : Giraldo de Mosteriolo, Haimérico Gale, Rainaldo de Haia, Rainaldo de Montfort.

De monachis : Rotberto abbate, Pagano Marcoardi, Petro de Ainciaco, Herberto de Chingeio, Haimérico preposito Maironis, Johanne Nive. *Chingeio*

CXLIX. (K. 10.) — 1127-1154. — HÉBERT BELLETÈTE, JEAN CHAVAL, LEURS FILS ET LEUR FAMILLE ABANDONNENT LEURS PRÉTENTIONS SUR LA TERRE DE BROSSAY.

De calumpnia Herberti Belle Teste.

Herbertus Bella Testa et Johannes Chaval et filii ejus et reliqui

(1) Dom Housseau, n° 1262 bis.

de genere eorum ceperunt calumniari monachis Sancti Albini maximam partem terre Brociaci.

Quapropter Robertus, abbas, et Girbertus, tunc prior Brociaci, cum monachis suis, Giraldus quoque Berlaii et Haimericus, prepositus Toarcensis, cum calumpniatoribus omnibus apud Mosteriolum convenerunt, ibique, in conspectu tocius curie, Herbertus et Grossinus, filius ejus, et Johannes Chaval cum filiis suis, ceteri quoque calumpniores omnem calumpniam dimittententes quam fecerant, a Roberto abbate et a monachis centum solidos per manum Haimerici prepositi acceperunt.

Hujus rei testes sunt : Giraldus Berlaii, Haimericus prepositus, Warnaldus, Haimericus Gale, Rainaldus de Haia plurimique alii.

De monachis : Robertus abbas, Paganus Marcoardi, Girbertus, Richardus, monachi.

De laicis : Johannes Nive, Walterius, Willelmus Guarini, Burchardus, Rainaldus, Johannes Marie, homines Brociaci, et multi alii.

CL. (K. 11.) — Vers 1140. — HUBERT DU COUDRAY, EN SE FAISANT MOINE, DONNE A SAINT-AUBIN LA DIME DE SA TERRE SITUÉE PRÈS DU BOIS DE BROSSAY.

De Hucberto de Coldreio.

[49] Quidam miles nomine Hucbertus de Coldreio, quando factus est monachus Sancti Albini, dedit eidem Sancto et monachis ejus, pro salute anime sue et parentum suorum, decimam tocius terre sue juxta boscum Brociaci site.

Hoc autem donum consilio et ammonitu et voluntate Berlaii de Mosteriolo fecit.

Hanc elemosinam concessit monachis Goslenus, filius ejus, in presentia domni Berlaii.

Videntibus et audientibus istis : Guiddone Pictavensi, Widdone filio Laurentii, Rainaldo de Monfort et pluribus aliis.

In quorum presentia predictus Hucbertus de elemosina ista domnum Girardum, priorem Brociaci, investivit.